



GEORGII AGRICOLAE
LIBER QVINTVS DE
ponderibus Græcis.



ROMANIS & pondera
unius generis fuerunt, quia
una respublica florētissima
quidem illa: Græcis diuer/
sa, partim quod ipsis mul/
tæ respublicæ nobiles & po/
tētes fuerint, partim quod
medici nonnulla à Roma/
nis, quasi mutuo sumentes ac miscentes cum Græcis
propria constituerint. Hinc sunt quæ medica & quæ
hippoiatica nuncupamus. Illinc Attica, Corinthia,
Laconica, Aeginæa, Euboica, ac alia multa. Nos hic
tractabimus primo Attica, deinde medica, postre/
mo hippoiatica. His enim potissimum medici utū/
tur. Siquidem alij Atticis, quorum è numero uetu/
stissimi quique sunt. Alij medicis, inter quos omnes
ferè numerandi, qui uel Romæ medicinam, exercue/
re, uel Romano imperio in Græciam prolato medi/
camenta composuere. Alij hippoiaticis, ut mulome/
dicinæ scriptores, quos ueterinarios quoque Latini
nominant. Tametsi non negarim medicos nonnul/
lis alijs, etiam ponderibus usos, ut mitta Alexandri

H ; na